



DISPUTATIO SECUNDA.  
DE ATTRIBVTIS SEV PASSIO-  
NIBVS ENTIS.

*Summa Dicendorum in hac secunda Disputatione.*

**N**UMEKO primo ponuntur opinio-  
nes de distinctione passionum  
entis. Num. 2. ponuntur rationes  
impugnantes distinctionem attribu-  
torum entis. Num. 3 adducen-  
tur octo rationes pro distinctione  
attributorum entis. Num. 4. sol-  
luntur rationes impugnantes distinctionem attribu-  
torum entis. Num. 5. Respondetur rationibus positis  
pro distinctione attributorum entis. Num. 6. deci-  
ditur distinguere attributa entis formaliter. Num. 7.  
Oferuntur quomodo ens contrahatur cum suis attri-  
butis? Num. 8. Oferuntur quomodo de uno loquen-  
tum sit juxta diuersas opiniones? Num. 9. inuestigat  
quid sit Verum secundum diuersas opiniones. Num.  
10. Resolutur quid sit veritas transcendentalis, &  
cognitionis? Num. 11. ostenditur quod veritas cogni-  
tionis & transcendentalis idem sint. Num. 12. Varie  
opiniones circa naturam boni proponuntur. Num. 13.  
Resolutur rationem boni addere aliquid positivum  
supra ens. Num. 14. Agitur de eis Damnatorum.  
Num. 15. ponuntur decem rationes quod in Damnato-  
riis sit melius esse quam non esse. Num. 16. afferuntur  
quatuordecim rationes probantes quod in Damnatis  
sit melius non esse quam esse. Num. 17. Solvuntur  
rationes posita pro eis damnatorum. Num. 18. Sol-  
luntur rationes posita contra melius esse damnato-  
rum. Num. 19. Concluditur quod melius est in  
Damnatis non esse, quam esse.

Aperitur Disputationis  
status.

**S**TVM est disputatione superiori  
de quidditate entis, quare debitus  
ordo postulat ut de eius passionibus  
inquiramus, quae ab aliis attributa  
entis nuncupantur, ab iis nimis  
præsentim, qui non concedunt entitatem esse, ve-  
ras passiones seu proprietates, sed veluti ad mo-  
dum nostrum concipiendi, id est quod non sit in  
intellectus eas attribuit enti, quamvis sincere lo-  
quendo, eas de se non habeat, sicut Theologi  
dicunt multa esse attributa in Deo, id est qual-  
itas perfectiones, quas attribuimus Deo instar  
proprietatum; & quia non sunt vera proprie-  
ties à natura diuina separabiles, id est dicuntur  
proprietates attributiae.

Thomistæ, qui nullam ponunt inter attri-  
buta entis, & ipsius ens, diuisione nisi ratio-  
nis, verissime ea vocant attributa: sed Scotistæ,  
qui admittunt distinctionem ex natura rei, me-  
lius dicent esse passiones seu proprietates entis.

Circa quas vnum recipimus ut certum,  
nempe earum numerum, & earum ordinem: vulgo

earum ternarii admittuntur numerus, & sunt  
Unum, Verum, Bonum: & quoniam ab alijs enu-  
meretur aliquid, & res, attamen reipsa cum præ-  
cedentibus coincidunt, & præsertim cum ipso  
ente quod est subiectum dictarum trium passio-  
num.

Ordo vero earum communiter receptus  
est iste, quod Vnum primum locum obtineat,  
postea Verum, denique Bonum.

Quinque partitionibus totam hanc mate-  
riam de passionib⁹ entis expediemus. Prima erit  
communis omnibus: Secunda erit de Vno: Tertia  
de Verō: Quarta de Bono: & Quinta an in dama-  
nis sit melius esse, quam non esse?

Partitio I.

*De Distinctione passionum entis ab  
ipso ente.*

**D**E ijs agunt Philosophi, interpretes quidem  
Arithotelis, in 4. Metaph. ut Flandrensis q. 3  
a. 8. Soncinas q. 2. Jauellus q. 3. Fonfeca in cap.  
q. 5. Suarez disp. 3. Averla 2 rōmo q. 4. sc̄t. 2. Meu-  
rissus lib. 2. Metaph. q. 1. & Mendoza disp. 3.  
Met. sc̄t. 2. Masius lib. 2. de trāscendentib⁹, &  
ante hos recentiores Petrus Niger 1. parte clyps.  
q. 7. tum alij Philosophi postquam egerunt de  
quidditate entis.

Duplex in genere reperitur opinio. Prima,  
Thomistarum communis, attributa entis non  
distingui ab ipso ente positivè & ante opus in-  
tellectus, sed tantum aut per rationem aut nega-  
tiue: qui hoc ultimum afferunt, volunt attributa  
entis tantummodo addere supra ens negationē.

Altera est Scotistarum vnamiter senti-  
entia ens & attributa entis non esse negatio-  
nes aut priuationes, sed ens qualitatuum additiū  
enti quidditatiuo. Item distinguere ab ente quid-  
ditatiuo ex natura rei, & plusquam per rationem  
etiam rationiscatam, vt insinuatum est part. 3.  
superioris disputationis, explicando doctrinam  
Scotistarum dicentium ens non prædicari in  
quid de suis passionibus. Clypeo primo rationes,  
quibus fulciantur Thomistæ, adducemus: In ce-  
undo argumenta pro doctrina Scotistica: In  
tertio subdetur responsio rationibus Thomista-  
rum: In quarto imperium Scotistarum pro viri-  
bus sustinebunt Thomistæ: In decisione peracti  
certaminis nos iudices constituemus.

CLYPEVS SECUNDVS.

*Rationes Scotistarum.*

**T**Vm rationes generales pro indistinctione  
attributorum entis ab ente, tum speciatim  
pro indistinctione vnius ab ente referemus.

*Opiniones  
distinctione  
passionum  
entis.*

*Num. 1.  
Ponuntur  
ad rationes  
improbantes  
indistinctionē  
attributorum  
ente.*